

## Aduertencias para

communicationem, ita q̄ nullum est priuilegium concessum, vel in posterum concedendum uni alicui ordinum mendicantium, quo non gaudeant & alij ordines mendicantes: quo ad communicationem enim priuilegiorum reciprocantur. Ita declarauit Pius Quintus & ante eum Sixtus Quartus, Alexand. 6. & Leo 10. & Iulius. 2. & Iulius. 3. & Paulus. 4. in suis Bullis, quę Bullę habentur in collectione priuilegiorum ordinis Prædicatorũ facta a patre Stephano Vfus maris. Et non solum communicant in priuilegiis concessis; sed in priuilegiis concedendis, non solum ordinibus mendicantibus, sed etiam non mendicantibus. Ita frater Emanuel Rodericus in Explicatione Bullę fo. 190. & prima. p. Summę capitulo. 85. & Tom. 1 qq. Reg. & Cano. q. 55. art. 1. Et art. 17. eiusdẽ. q. ex professo discutit quæstionem, vtrum mendicantes & qui eorum gaudēt priuilegiis possint frui priuilegiis religioni SOCIETATIS IESV concessis? & respondet affirmatiue [ sicut & supra ] ordines mendicantes, & q̄ communicant in priuilegiis suis, concessis & concedendis, posse vti omnibus facultatibus concessis SOCIETATI IESV.  
Et